



**Geistliche || Lieder vnd Psalmen/ der || alten  
Apostolischer recht vnd warglau=||biger Christlicher  
Kirchen/ so vor vnd nach der || Predigt/ auch bey der  
heiligen Communion/ vnd || sonst in dem haus ...**

**Leisentritt, Johann**

**Budissin, 1567**

**VD16 L 1061**

Idem Ex Tertio Lib: Epigram: Epigramma: 76.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56508](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56508)

## EPIGRAM.

**C**um tua sit multis iam cognita gloria terris,  
 Et Leisentrivium candida fama ferat,  
 Me quoque tantus amor, iuuenili percitus æstu,  
 Moverat in laudes altius ire tuas.  
 Ergo tibi dudum præconia digna reuoluo,  
 Nominis ut cultor dicar & ipse tui.  
 Te quia mirandis facundia dotibus ornat,  
 Commendatque piæ religionis honor.  
 Dignus es occasum contingere solis ab ortu,  
 Nulla sit ut tanto gratia dempra uiro.  
 Quæso mihi faueas, ut te mea carmina cantent.  
 Nullibi laudandi copia maior erit.

IDEM EX TER-  
 TIOLIB: EPIGRAM:  
 Epigramma: 76.

**R**espexere preces tandem pia numina iustas,  
 Quas tibi deuinctus uir uenerat de tili,  
 Nam mihi cum fuerant, uirtutum dona tuarum,  
 Cognita, quas largi fluminis instar habes.  
 Protinus ad Musas, incensus amore canendi,  
 Supplicibus fudi plurima uota sonis.  
 Utque fui nitidas Phœbi prostratus ad aras,  
 Sic mea gaudebam cernuus ora loqui.



EPIGRAM.

Cernitis Aonides uos ô mea numina, certè  
Cernitis eximij facta colenda uiri.  
Vt Leisentradius, uestri laus maxima cœtus,  
Phœbea mereat nomina clara Chely.  
Facundus, celebris, doctus, pietatis amator,  
Accumulat famæ lumina plena suæ.  
Tempus erat plectris ipsum cantare disertis,  
Ingenio uires addite, quæso meo.  
Fatidici tripodes sonuere repente precanti,  
Lætæq; iucundi signa fauoris erant,  
Nunc ubi blâda meis spirauerit aura Camœnis,  
Crebra mihi crescet pagina laude tua.

IDEM EX LIB:  
QUARTO EPIGRAM:  
matum ad eundem, Epi-  
gram: 76.

NON recto decimū tuo ordine morio tægit.  
Debet ubi plures dinumerare uiros.  
Esse quidem stultus fertur, sed stultior ille est.  
Qui uirtutis iter nescit inire tuæ.